

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 139. Cùm ad minus probabilis sit sententia, asserens necessitatem  
amoris Dei propter se, saltem affectivè super omnia, ad justificationem in  
Sacramento Pœnitentiæ (prout ex dicendis manifestè ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

*hoc Sacramentum requiruntur; cum rōto utique satisfaciendi divīne iustitiae pro peccatis commis-  
tis, confitendūque mortaliū omnia, quibus peccator, post diligenter excusos conscientia sua si-  
mū omnes, & latrabit, Dominū & Deum suum  
mortaliū offendit meminerit. Ibidem c. 5. Sep-  
timam conditionem addunt nonnulli, nimirum ut contritio sit universalis, id est de peccatis omni-  
bus, saltem mortaliis; sed conditio ita latet ex precedētibus colligitur, utpote in quibus virtu-  
tualiter continetur, præsentim in secunda.*

*1389 Ceterū ut sacerdōz signū aliquod ha-  
beat, unde colligere queat odīum peccati, ipsiusque ampliā non commitendī propōsītū est.  
plenum & integrum; five ex toto corde (prout  
est debet) inter ceterā id colligere poterit, ex eo  
quod pœnitētēs fideliter obseruer media ad caven-  
dūm relapsūm necessaria, tam uīque generalia;  
quam sp̄cialia. Media generalia ad id necessaria  
sunt oratio incēsa, fuga occasionū, fecellus,  
lectioēs pīas, vita Chritiana, pœnitētēs & labo-  
rīa. Media sp̄cialia, seu respectīvē ad specia-  
les personas necessaria, sunt exercitīa virtutum peccati  
commītīs oppōsītā, nempe clēmētīa contra  
avariciā, jejunium contra gula excessū,  
austeritēs & labores corporales contra luxuriā;  
&c. Nemo securus est pōtētēs firmo, plenōque  
& integrō suo propōsītū, nisi media illa amplexatur,  
maximē cū ferē omnia ad vitam pertīeant  
Chritianā, ad quam fideles omnes teneunt,  
& sine quorū pīax Deus ordinariē gratiam suā  
non largitur, nec fortitudinem necessariam ad fieri-  
mandam voluntatem contra relapsū. Neque  
enī gratias suas Deus abīque ordīne & discrimi-  
nē clārgīrī solet, cū scriptū sit: *Omnia in mea  
fūra, & numero, & pondere dispositi. Sap. 11. 21.*  
Sed eas mediis à p̄f̄scriptis alligavit, etiam si  
ihs ipse non sit alligatus, sed homo s̄idēque ab  
que mediis illis cas aliquando extraordīnariē lar-  
giatur, ubi & quando vult. Quia *spiritus ubi vult  
spirat.**

*1390 Contritio alia perfecta est, alia imperfecta, qua  
attritio dicitur. Illa procedit ex charitate perfecta,  
semper conjunctā habet peccatorū remissi-  
ōnē, gratiamque proinde sanctificantem, & chari-  
tatem habitualē, priusquam hoc Sacramentum  
actū suscipiat. Illa vel ex turpitudinī quidē per-  
eatī considerationē, vel ex geberē & panarū  
metu communiter concipiatur, inquit Tridentinū,  
sed amore perficitur: quānvis enim metus ille  
seu timor bonus sit & utilis, coequē utiliter con-  
cessū fuerit *Nimivit, ad Jona p̄dicationē.*  
Denique timor ille donum Dei sit, & *Spiritu san-  
cti impulsus: si tamen pœnitētē tota effet ex t-  
more, sine amore iustitiae, & non propter Dei of-  
fēsā, infructuosa effet, prout Tridentini Patres  
dixerunt apud Pallavicini, l. 8. Histon. Trid. c. 15.*  
Sed hoc de re plura in sequentib⁹.*

## C A P U T C X X X I X .

*Cum ad minus probabilis sit sententia, offērens  
necessitatem amoris Dei propter se, saltem  
affectionē super omnia, ad iustificationē in  
Sacramento Pœnitētē (prout ex dicētis  
manifestē constabat) eaque tuior sit, & peri-  
clitetur valor Sacramenti, si absque amore  
illo Sacramentum suscipiat: sententia illa  
ab omnib⁹ certissimē usque adeo sequenda est  
in praxe, ut ne assertores quidē contraria  
opinōis sine dicto amore quemquam (circa  
necessitatem) absolvēre licet possint, ne Sa-  
cramentū exponant probabilem periculū nulli-  
tatis, pœnitētē emque periculū infructuosa/fū-  
sionis, ac damnationis.*

*I*ta sentio cum Ecclesia, quæ per Innocentium 1391  
XI. damnavit hanc propositionem, primam in-  
ter sexaginta quinque: *Non est illicitum in Sacra-  
mento conferendī sequi opinionēm probabilem de valo-  
re Sacramenti, relictātione; nisi id veterē lex, con-  
venio, aut periculū gravis danni incurrendi.*  
*Hinc sententia probabilis tantum stendit non est  
in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut  
Episcopalis. Cujus damnationis aequitas perspicia  
est ex dīctis l. i. c. 8. ubi demonstravimus, pe-  
care eum graviter contra religionem, & charita-  
tem, qui, teiens & volens, Sacramentum admī-  
nistrat cum materia vel forma solum probabili-  
ter validā, cā relictā, quæ certi valoris est. At  
verō qui, sciens & volens, pœnitētēm absolvit  
solum formidolose atritum, sine illo Dei propo-  
ter fe amore, Pœnitētē Sacramentum, sciens &  
volens, administrat cum materia solum probabili-  
ter validā, relictā cā, quæ certi valoris est. Attri-  
tio namque purē formidolosa non est materia cer-  
ta, seu certo sufficiens, sed ad summūm proba-  
bilis. Cum sufficiēt illus neque certa sit certi-  
tudine fidei, nec certitudine morali. Neque enim  
habet fundamentum fide vel moraliter certum in  
Scriptura, neque in Concilii, neque in Patribus,  
neque in Doctōrum authoritatibus, neque in ra-  
tione; sed quācumque pro illa objiciunt argumen-  
ta, levioris armature sunt, longē & ab  
que comparatione solidiora; quæ contra illam ex  
Scriptura, Concilii, Patribus, Doctōrib⁹, & ratione  
profecēt, ut manifestū sit in capitib⁹ sequentib⁹, ubi & plurib⁹ sacris documen-  
, & communī Traditionē Sanctōrum, com-  
muni item sufragio veterum Scholasticorum, va-  
lidōque firmamento Christianarum rationum illi-  
lus probabitur insufficientē. Quam & confirmā-  
bit authoritas Patrum tridentinōrum, Doctōrib⁹  
recentiorib⁹, Episcoporum, Archiepiscoporum,  
Cardinalium, qui vel Tridentī tempore, vel  
proximē post illud, ac deinceps scripserunt, tanto  
numero, ut integrā etiam Acadēmī illis acce-  
derent. Ex quibus omnib⁹ simul junctis apparet  
illius insufficientiam nedum probabilem esse, sed  
& longē probabiliorem, & proximē accedē-  
nt ad certitudinem.*

Quamvis tamen probabiliō non est, negari 1392  
non potest quād probabilis sit. Proinde attritio  
illius sufficientia dici neque moraliter certa.  
*Quam enī controversia sit* (ait Steyratus in The-  
ologia Morali emendata conclus. 10.) *Orbi Catholico* nō  
siquidē Episcopi Episcopis, Acadēmī Acadēmī, scholās hic in parte  
adversantur. Nec minor rationum oppositio: a  
dedūr Tridentinū Tridentino ab Authorib⁹  
oppōnatur, licetque sine temeritate affirmare,  
nullam forē esse in Theologia quāstionē, quā  
tam solēmpter in scholis, ipsaēque Dei Ecclīa  
controversiatur.

Denique sententiam de illius insufficientia ali-  
cujs theologicā censura, alteriusvè injuria, aut  
contumeliam notā taxare, in virtute fanētē ob-  
dientiā, & sub excommunicatione late senten-  
tia prohibuit Alexander VII. in Decreto de die  
5. Maii 1667. Igitur prohibuit eam taxare notā  
improbabilitatis; quæ una est ex censuris theo-  
logicis, quibus damnabiles propositiones taxantur.  
Sunt enim 14. censura, ut videre est apud Ami-  
cum l. p. disp. 29. in principio. Prīmō namque  
propositio notatur ut heretica. 2. crōnica. 3.  
errori proxima. 4. heresim sapienti. 5. mali-  
tonans, seu piarum aurium offensiva. 6. scā-  
dalofa. 7. seditiona. 8. schismatica. 9. pe-  
riculosa. 10. blasphemā. 11. impia. 12.  
arrogans. 13. temeraria. 14. improbabili-

Hoc ipso proinde quād Ecclesia prohibet sen-  
tentiam de formidolosa attritionis insufficientia

aliquis theologicus censurę notā taxare, prohibet sententiam illam vocatę improbabilem, tecum, periculosa, errorēam, &c. Quod argumento non parvo est improbabilem ab Ecclesiā non haberi. Neque enim Ecclesiā mos est prohibere, ne quis improbables vocet opiniones, quae ab ipsa improbabiles habentur.

Negari ergo non potest quin probabilis sit. Si probabilis est, opposita nequit esse certa. Cūm probabilitas esse nequeat sententia, cuius opposita certa est; sed in eo gradu generique certitudinis, in quo pars una contradictionis certa est, eportat alteram improbabilem esse; ita ut si pars una contradictionis moraliter certa sit, aliora nequeat esse moraliter probabiles. Si una certa sit physice vel metaphysice; altera nequeat esse physice vel metaphysice probabiles. Cūm enim certitudo, etiam moralis, excludat rationabile dubium & formidinem de opposito; certitudo unius partis, in eo genere in quo est, excludit probabilitatem alterius partis; similiter probabilitas, in eo genere in quo est, certitudinem excludit alterius partis, ut contra ex communī definitionē certitudinis & probabilitatis.

Certitudo quippe est necessaria veritas, & illud simili est nequit in uno eodemque intellectu probabilitas falsum, quod necessari est verum. Idēque certitudo secundum Philosophum, & Doctorem Angelicum, non compatitur formidinem, sicut rationabilem, de opposito; et quod intellectus certus de aliqua re, judicet eam altera se habere non posse.

Probabilitas quoque; seu probabilitas opinio (secundum communem definitiōnem) illa est, que in re utrinque incerta gravi nititur fundamento, gravi utique ratione vel autoritate. In re (inquam) utrinque incerta, ita scilicet ut nec in favore ipsius, nec in contrarium ultra flet ratio vel authoritas certa & convincens. Videri potest Castro Palao de conscientia tr. 1. disp. 2. p. 1. n. 1. Eumverò opinio nihil certi habens, verum per verisimilia querit, possumus quoniam inventi. Si Bernardus l. 5. de confusione c. 2. Et opinio ejus quasi provero haberet, quod alij um esse necessas idem ibidem. Scis autem esse fallit, id eujus oppositum certi cognoscit esse verum. Et eo ipso quod opinio aliqua contra se certam habet rationem, vel autoritatem, non opinio est, sed error, inquit Joannes Sancius in telec. disp. 14. n. 8.

Nullus proinde est cui probabilis videatur opinio, quam certi fallit esse cognoscit. Certi fallit, quemlibet cognoscit opinione, quam cum certa sit veritate pugnare. Scit autem cum certa veritate pugnare opinionem, quam sit contra se habere certam veritatem. Ergo in quocumque certitudinis genere certa aliquis est pars una contradictionis, in eodem altera nequit ipsi esse probabili; & cui probabilis est una, illi altera, eodem in genere, nequit certa certa. Nec alium moraliter probabilis esse potest opinio, cuius opposita ipsi moraliter est certa; magis quam physica vel metaphysica probabilis, cuius opposita est physica vel metaphysica certa. Denique moralis certitudo, tamē latitudinem habeat, in qua magis & minus admetit, nullam tamen magis habet latitudinem, in qua moraliter compatitur in oppositum probabilitatem, quam certitudo physica vel metaphysica, latitudinem habeat, in qua compatitur physicam vel metaphysicam probabilitatem. Quod tamē tam operosā non indiget probatio ne; idēque tamen operosā probandum censui, quia eruditus S. Theologiae apud Duacenses ē Societate Professor (quem nō ipso premebam argumento quod hic propono) in publica disputatione veritatem tam perspicuum non erubuit negare.

Necclatio itaque fatendum est, quod cum in-

Ggg 3

Praxis illius. Et idem est de sexcentis aliis opinionebus, quæ alicujus materiæ, vel formæ, vel intentionis sacramentalis sufficientiam probabilitatem adstuant; nec tamen in proximam secundum Innocentii XI. Decretum redigi possunt.

**1401** Ergone negandum, proximam attritionis purè formalidolos esse practicè probabilem? Negandum planè. Quia secundum Decretum Innocentianum practicè probabile non est, quod licet in hujus Sacramenta administratione uti materiali solum probabili, ubi certa suppetit.

**1402** A nonnullis quidem Innocentianum Decretum sic glossatur, ut solum procedat ubi agitur de materia vel forma sensibili Sacramentorum. Sed gratia & perpetrat. Quā enim potestate restringunt Ecclesia Decretum? Quis ipsis dedit haec potestatem? Indistinctè & generaliter Innocentius loquitur. Et rationes quæ illiciunt probant usum materia sensibili solum probabilis, pariter probant illicium usum materiæ insensibilis solum probabili. Tam enim per istum quām per illum usum periculi exponit Sacramentum, & salus animarum. Et contra utrumque pariter militat Augustini sententia n. 1389. relata, sicut & alia ejusdem, tene certam, dimittit incertum, &c. Denique si Innocentiano Decreto non prohibetur in Sacramentis confundere sequi opinionem probabilem de valore Sacramentorum, relata tuitio, dum agitur de materia insensibili; similiter eo non prohibetur sequi opinionem probabilem de valore interna intentionis ad Sacramentum conferendum requiri (cum interna intentio insensibilis sit) aucto adē sacerdoti conferre Sacramentum cum intentione solum probabilitate sufficiente, five hinc inde controversa.

**1403** Tandem Adversarii ex litteris R. P. Martini de Elparza, Societatis Jesu, Romanae Inquisitionis Qualificatoris, datis Roma 6. Aprilis 1680. praetendunt, opinionem de sufficientia attritionis formalidolos condemnatam non esse. Sed & nos n. 1380. ultra fasili sumus, condemnatam non esse: sicut nec opinio S. Thomæ de sufficientia panis filiginei in Eucharistia, condemnata est. Sed sicut praxis istius opinionis per Innocentium XI. in prima propositione damnata est; ita & praxis illius. Tametsi enim R. P. Elparza silem in litteris dicat quod prima illa propositio fuit reprobatæ propter suam illimitatam amplitudinem, & universitatem, cum indistinctio speculatori tantum probabis etiæ pragmatice, & rursus probabis nequamque à moraliter, aut etiam plusquam moraliter certa. Sententia autem de sufficientia attritionis... est practicè probabilis, & injuper certa moraliter, atque (ut ego puto) plusquam etiam moraliter. Tametsi etiam addat, apud Censores predictarum opinionum alium fratre in terminis de sufficientia attritionis, atque ex confessio omnium, qui aderamus, sententiam communem remansisse incomitam. Equidem invicta manet vis argumenti nostri. Neque enim praxis opinionis de sufficientia formalidolos attritionis, esse potest practicè probabilis, nisi sit moraliter certa, uti demonstravimus. Non esse vero moraliter certam, evidenter constat ex dictis, atque evidenter constabit ex dicendis. Excessu proinde R. P. Elparza, & improbabilitate assertum sua opinionis proximam esse moraliter & plusquam moraliter certam. In hoc proinde non audiendas, sed de oppofito in sequentibus evidenter convincendas. Egerint itaque, vel non egerint inter se Qualificatores, de dicta attritionis sufficientia. Censuerint, vel non censuerint eam remansisse incolorem. Adhuc invictum manet argumentum nostrum. Tum quia factum & nos, sententiam de sufficientia attritionis remansisse incolorem ab Innocentiana damnatione prima propositionis, tametsi incolorem non reman-

ferit praxis illius. Et hoc solum resultat ex illa relatione R. P. Elparza. Tum quia dato, non concessio, quod etiam de praxi illius sententia Qualificatores inter se per occasionem egerint, de ea ex mandato Pontificis non egerunt. De ea proinde ad summum ut personæ particulares egerunt. Mandatum quippe à Pontifice nullum accepserunt alias propositiones ex professo, & in ordine ad condemnationem, examinandi, quam eas quas Deputati Lovanienses exhibuerunt. Inter eas vero illa non fuit, quæ specialiter ageret de praxi opinionis de sufficientia attritionis, ut notum est vel ex ipsiis Adversariorum libellis, quibus propositiones illas referrunt, nominatim ex eo, cuius titulus: *Specimen doctrinae Theologicae, &c. Quid plura? Quidquid inter se dixerint, vel non dixerint Qualificatores isti, quidquid ut Doctores particulares senserint, vel non senserint, Pontificem audire iubentur, non ipsos. Neque enim super ipsos, sed super banc petram, id est super Pontificem, adificabo ( inquit Christus ) Ecclesiam meam, quæ, Apologete, columnæ est & firmamentum veritatis.*

Quodque R. P. Elparza excesserit, suam de formalidolos attritionis sufficientia opinionem moraliter certam, imo plusquam moraliter certam asserto, ex dictis perspicuum est, ex eo utique quod moraliter certa, & plusquam moraliter certa asserta nequeat, nisi opposita moraliter improbabilis, & plusquam moraliter improbabilis. Quod absque temeritate magna asserta non potest. Cum sententia asserta necessitatem amoris Dei properet se, ad justificationem in Sacramento Penitentia, validè fundetur in Scriptura & Traditione, sicut & in communī veterum Scholasticorum, ipsorum etiam Scholæ Principum doctrina ante Tridentinum; in ipsorum quoque Patrum Tridentinorum, sapientissimumque Cardinallium, Archiepiscoporum, Episcoporum, principorumque Theologorum, post Tridentinum, imo & ipsius Concilii Tridentini autoritate, ut proxime demonstrabitur. Unde improbabilitas notam ei inuretur, in virtute sancte obedientiae, & sub persona excommunicationis prohibetur Alexander VII.

Sed antea demonstrare luet ex ipsius primaria formalidolos attritionis Patrons & Vindictibus, incriminare esse sufficientiam illius. Siquidem Melchior Canus (quantus Vir, quantaque in Concilio Tridentino existimationis!) qui cum Henrico quadam Salmanticensi (ut Morinus retinatur, 8. de administr. Sacram. Poenit. c. 4.n.2.) & Ludovico Lopez p. 1. Infruct. c. 9. primus et Author opinionis, dicentes, attritionem ex sola formalidine poena conceptam, talenque à penitente cognitam, & immutare schabentem, legitimam & sufficientem eis preparationem ad gradum in Sacramento suscipiendam: septem annis post conditum Tridentini (cui interfuit) Decretum sell. 14.c. 4. ingenuam hanc facti confessionem: quod autem attrito (proxime explicata) sufficit quantum verum sit, non est tamen adeo certum & indubiatum. Ita ille relect. 5. de poenit. pag. 80.

Ruardus Tapperus in explicat. art. 5. Facult. Lovan. de contrit. eadem opinionem referens: probabilitas est Doctorum sententia (inquit quatuor annis post Tridentini Decretum) non ergo certa. Et rursus ibidem: quod autem attrito sufficit, quantum verum sit (non ex propria ipsius, sed ex probabilitate illa aliorum Doctorum sententia, ut videbitur infra) non est tamen certum & indubiatum.

Dominicus Soto, tametsi negat attritionem ex solo genere meo cogitat ut tales sufficiunt, nisi post diligens examen bona fide putetur contritio (quo casu eam sufficiere putat, quamvis a parte rei contritio non esset) suam tamen istam sententiam in 4. dist. 17. q. 2. a. 5. q. 2. facetur non esse certam, sed Doctorum opinionem duntur. Et did.

dist. 18. q. 3. a. 2. in fine: *Doctrina hoc de acriione (inquit) que in Sacramento sit contrito, licet sit vera non est tamen ita multum vetus. Patres enim antiqui solam contritionem agnoscabant necessariam ad confessionem. Revera eum, qui mihi dicere, non se penitente propter Deum (quod non facit, qui praeceps dolet propter poenam inferni, ut declarat ibidem paulo ante; sicut et citata dicit. 17. q. 2. a. 5.) ab eo non auderem. Quid est quod de sufficiencia illius sic dubitas? rationem hanc memorabilem reddit dicit. 19. q. 2. a. 6. *Detorres me non esse articulon fides, ut alii (attritio) ante eisdem per Sacramentum sunt contriti. Non enim ex eius propria evangelica assertio, aut ecclasiistica definitio (non credit ergo id definitum in Tridentino, cui interfuit) immo neque apud Augustinum, aliisve ieiunis clausi Autoborem reperitur (audiat Esperanza, tunc amplius oculis nobis praestantiam suam moralium, & plausum moralem certitudinem) sed et s. boliviianorum collectio. Quia quamquam sit vera, non est tamen digna, cui bilancie perpetua nostra aut salutis, aut damnationis confundatur.**

409 1457 Medina 1. 2. q. 19. a. 6. dab. ult. expresse factur, ubi opinione esse possum, an attritio ex iusto genere metu cum Sacramento sufficiat, de coeque hinc inde esse opiniones.

1458 Item agnoscit Tolos 1. 3. c. 4. ubi Cani opinionem rejicit in edit. Duacini anni 1600. & in edit. Constantini anni 1602. Nec eam nisi ut probabilem, vel probabiliorum lequitur in edit. Antwerpensi anni 1603. Quam tamen a suis autoritatibus potesta monstrabimus.

1459 Ludovicus Lopez, Can. discepolus, ubi supra, posteaquam sententiam nostram vocavit opinionem antiquorum, ait olim ex amplexum opinionem Sotii & Navarri; sed Jane nunc praevaleat sententia Concilii Tridentini, & quia industria Doctorum aliquae veritatis magis illustrate sunt: audeo & hanc justare conclusionem: probabile est, & non parvum veritatis & Concilii Tridentinoi consensu opinio affirmativa, scilicet quod ad justitiam & remissionem peccatorum in Sacramento Poenitentiae, satis est attritu cognita, etiam si penitentia non existimat probabiliter eam esse contritionem. Ad quas verba reflectens Joannes Morinus loco citato: hanc (inquit) sententiam vocare probabilem, tam illi oportet, ut aliquid insolitum audere. Vix proinde audebant illius temporis Scriptores (id est circa annum 1583) opinionem illam probabilem vocare. Non ergo dubitabant in certam esse.

1460 Sturci to. 4. p. q. 90. a. 4. disp. 15. sect. 4. n. 17. *Licit probabilis sit opinio, attritionem (ex iusto genere metu) cognitam, cum Sacramento sufficiere ad remissionem. Tamen non est certa, & potest esse falsa. Quod si forte ita est, probabilis ista existimat non sufficit, ut homo salvetur. Ergo qui sciens, & videns, ita se mori permittit, voluntarie exponit se periculo mortali aeterna damnationis. Nam ubi est morale dubium, est morale periculum, praesertim in re gravi. Hic autem est morale dubium: cum illa opinio nec validè antiqua sit, nec multum communis.*

1461 Vasquez 1. 2. q. 19. a. 6. disp. 62. c. 2. fatur, quod qui ad Sacramentum accedit cum attritione facta, exponit se periculo frustranda Sacramentum effectu suo. Et ibidem addit, ejusmodi attritionem non esse remedium sine periculo, sed quod adhuc sub opinione positum est. Ita etiam Sayrus in clavis regis lib. 1. c. 7.

1462 Sanchez in Summa p. l. 1. c. 9. n. 34. *Si penitentia in mortis est articulo, atque habere posset contritionem, tunc est mortale, & recuperare, & ei Sacramentum Poenitentiae, cum sola attritione cognita ministrare, propter grave damnationis aetarie periculum, cui ille exponeretur, si forte haec sententia non est vera. Quod profecto non dice-*

ret, si lectionem illam certam existimaret. Neque enim gravi se periculo exponere conatur, qui lectionem certam sequitur.

1463 Comitulus l. 1. respons. moral. q. 32. *Plures ma-*

*gnique Theologi (nota bene) in penitente, antea-*

*quam abolivatur, contritionem veram, charitate*

*formatam, requirunt. Neque sique adeo certam est*

*attritionem penitenti esse fatis. Quocirca Sacerdotis*

*partes precipue esse debent, verae contritionis mo-*

*tum in corde penitenti auxiliante Deo elixerent.*

1464 Gamachus to. 3. c. 8. de peccatis. *Etiomsi agnos-*

*camus, Sacramentum Poenitentiae facere ex acriis*

*contritis non tam id omnino indubitatum, ne-*

*que ex professio ab Ecclesia definitum, & ab aliis*

*aliter explicatur. Et rursum: etiam si joia atritio*

*a parte rei & speculatorie sufficit ad justificatio-*

*nem; attamen prudenter & respectu nostri non satis*

*tutam videtur, ut scienter prudenter solam ejus-*

*modi attritionem in exitu adorbeamus. Homo enim*

*debet salutem, nam cum timore & tremore operari...*

*nec tenare Deum, aut se in probacione damnatio-*

*nis periculum mittere.*

1465 Bresterus 1. 3. de conscientia c. 10. n. 13. fatur, 1465

*quod tamquam probabilitate opinio, ad Sacramentum*

*Poenitentiae sufficiere attritionem, sufficit cognitam.*

Et infra: respondent autem opinionem illam non tan-

*ciam esse probabilem, sed moraliter certam, preter-*

*tem post Tridentinum; adeoque sufficietem ad sol-*

*lendum morale periculum nullum. Sed quamvis*

*iste multo probabilior... non assimilans dicere con-*

*trariam, quam etiam post Tridentinum secuti sunt*

*alii docti, nullo modo esse probabilem. Itaque ni-*

*biolum non alium periculum exponerat Sacramentum,*

*si forte illa sit vera.*

1466 Zambranus auric. circa 7. Sacram. c. 4. 1466

dab. 1. n. 4. ait quod infirmus in articulo mortis

ideo tenetur ad veram & perfectam contritionem,

id est ex benevolo Dei super omnia amore proceden-

tem: quia aliter exponit se periculum damnationis

eterna, si in re effera vera sententia, quia docet requiri

etiam cum Sacramento Poenitentiae, & Baptismi,

ad minus attritionem reputatam contritionem. Nam

in necessaria ad julandum, qualis est contritus, pro-

eo qui mortaliter peccavit, non sufficit bona fides,

sequiendo opinionem probabilem. Ita quidem n. 5.

dicit: communis sententia nostri temporis existimat

fieri certum, solam attritionem proper metum ge-

neralem, sufficiere cum Sacramento. Ad ideo non exi-

stunt id certum. Quia fieri certum, non est certum.

Et tale subinde est quod habet probabile du-

biūm. Et Zambranus expresse agnoscit ea in re

periculum, ne plusquam opinionem probabilem.

1467 Franciscus Bardi discept. 4. de conscientia c. 1467

31. Plures sunt Autobores, qui putant virtute propria

charitatem nos obligari in fine vita ad elicendam

perfectam contritionem (tempore proxime dicto) ne

exponamus pericula aeterna damnationis: quia sen-

tentia illa de attritione, nempe sufficiere cum Sa-

cerdotio, non est omnino certa. Ita (inquit) docet

Suarez in 3. p. 10. 3. disp. 16. sect. 2. q. ut argebit.

Et disp. 29. sect. 3. conclus. 2. q. sed obsecrit. Et

disp. 20. sect. 5. conclus. 2. sub finem. Et to. 4.

disp. 15. sect. 4. n. 19. Salas in 1. 2. tr. 8. disp. un.

sect. 10. n. 90. & 93. Granado 3. p. contro. 2.

disp. 44. n. 13. Thomas Sanchez in Decal. 1. 1.

c. 9. n. 34. Bresterus 1. 3. de conscientia c. 10. n. 113.

Et valde probabile id existimat Lefsius 1. 3. de

just. c. 1. dubit. 4. n. 43. Merolla to. 1. disp. 3.

c. 4. n. 99.

1468 Gonel de poenit. disp. 7. a. 5. §. 3. sub finem:

Non est omnino certum, ac indubitatum, attritionem

solam cum Sacramento sufficiere, & plures

Theologi, non contempnentes auctoritatem, non solam

id esse incertum, sed etiam falsum existimant;

quamvis opposita opinio probabilior sit. Ecce quo,

& quam celestes habit ex propagatoribus for-

midolosæ attritionis R. P. Espanza, sibi contradicentes in judicio de certitudine illius, numero utique, autoritate & doctrinâ non impares iis quos ipse proferte potest pro illius certitudine; imo ipsi praestantes, utpote Cœfuitarum Principes, & Tridentini temporibus viciniores, quorum etiam aliqui Tridentino interfuerunt, & acta illius probè specula habentur. Cum ex iis qui (cum ipsi) Tridentino interfuerunt, qui assertam ab Espanzo certitudinem moralem & plusquam moralem cum ipso afferat. Imo aliquod dumtaxat vestigium opinionis negantis necessitatem amoris, post illustrata quam diligenter authentica acta Concilii Tridentini, Cardinalis Pallavicinus (ut ipse testatur in historiâ illius l. 12. c. 10.) invente potuerit in eis qua Granatenis disputavit.

1419 *Ante celebratum vero Concilium Tridentinum nullus est schola Theologorum Scholasticorum prodidit (aut eximia eruditionis Vir. Franciscus Farvacques, in questione sua quodlib.) qui doceret atritionem similem, saltem paenitentem cognitam, sufficere obtinere in Sacramento reconciliacioni. Quod si forte neges, cedo, si vel unius Authoris profers testimoniun, & magnam pro prelio beneficio referes gratiam. Hacdenus enī solerter quisivi, & non inveni.*

1420 Merito proinde Illustriss. D. Jacobus Bonenius, Archiepiscopus Mechliniensis, in Mandato 26. Maii 1637. Bruxellis edito, sic ait: *Jacobus, Dei & Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Mechliniensis, omnibus animarum curam habentibus, Confessariis, & verbi Dei Predicatoribus in nostra Diœcesi, salutem in Domino. Cum in sancta Ecclesia nihil excellenter habeatur ipsi sanctissimis Sacramentis, è quibus, ut largissimis fontibus Salvatoris nostri Dei, in animas vel insenserter profuit prima gratia, quā iustificantur; vel ea iam accepta augentur, vel desperata restituuntur: nihil magis cordi esse debet nisi quis Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam ut ea non solum ritè, & absque ullo invaliditate periculo, sed in super plenissimo semper effetu omnibus suis administrantur. Quare cum ex omnium Theologorum sententiâ, in eorumdem Sacramentorum administratione adhiberi semper debant materia & forma determinata, ac quantum fieri potest securissima, nullo autem modo (extra necessitatem) dubia vel controversia; intelligamus vero inter Catholicos Doctores adhuc disputari, an in alter actu paenitentie, quos faciem Concilium Tridentinum definit, eis quasi materiam Sacramenti Paenitentie, sufficiens censeri debeas illa contritio imperfecta, seu attrito, quā tantum propter paenitentiam detectamur, pluribus quidem à Concilio Tridentino id affirmantibus, aliis nihilominus etiam ab eodem Concilio id negantibus: ne in ista sententiaram diversitate, salutem paenitentem pericolo exponatur: vobis, & unicuique vebrum, qui ad Sacramentum Paenitentie administrationem eis admissi, & approbati, mandamus, quatenus omnem vestram industriaem eò conferatis, ut omnes ad dicti Sacramenti perceptionem accedentes inducatis, moveatis, & disponatis ad veram & cordialem detectationem, ad dolorem suorum peccatorum, non tam ex timore penarum, quam ex Dei amore, quo ipsum, volut summum bonum, quod maximâ impunitate peccando contempserunt, perfide diligant, vel saltem ut fontem iustitiae, quā scilicet iustificamur, diligere incipiant. Si enim populus ille radis sub veteri lege, qui accepérat tantam spiritum servitius in timore, in tanta gracie penuria, non poterat iustificari nisi per dilectionem Dei super omnia: meritissime nos filii novi Testamenti, qui non accepimus iterum spiritum servitius in timore; sed spiritum ad pénitentiam, quo filii Dei nominata-*

*mur, & sumus, in tanta gracie plenitudine, quam effudit in nos per Spiritum sanctum, qui datum est nobis, non tanquam servi, timore penarum; sed tanquam filii, ex amore ejus qui dixit nos, & lavit nos a peccatis in sanguine suo, ipsa peccata super omnia mala detectari debemus.*

*Ut vero populus Christianus in re tanti momenti magis instruatur, vobis verbi Dei Predicatoribus injungimus, quatenus sapientia occasionem capitis tractandi de natura, modis, & effectibus contritionis, ut & de amore Dei super omnia, sine quo vera contritio haberet non potest: ut duabus bisic necessariis mediis instructus, quavis occasione, & quovis tempore, auxiliante Domino, remissionem peccatorum, & salutem animarum suarum consequi possit. Datum Bruxellæ die 26. Martij anno 1637.*

*Merito etiam Illustriss. D. de Wackendonck, Episcopus Nainurensis, in Synodo anni 1659. tit. 5. de Sacram. Paenit. c. 21. statuit sic: Cum his quos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, & Medicos spiritalis, saluti omnium illius commissorum procurande, nihil magis cordi esse debet, quam a sanctis sacramenta, in eum finem utilissima, & reprobative necessaria, plenissimo semper effedit, & obige allo invaditatis periculo administrantur, & in his adhibentur materia & forma certe & determinata, ac quantum fieri potest, securissima, qualis est in Sacramento Paenitentie contritio ex amore Dei per omnia. Quam etiam in articulo mortis adhuc censent illi qui atritionem alia sufficientem & secundum esse existimant. Nos securiori securi preferentes, & certa dubitis: Mandamus omnino & singulis, in hac Diœcesi nostra ad Sacramenti Paenitentie administrationem admissi & approbatis, quatenus omnino suarum industriaem ei conseruant, ut paenitentia ad Sacramenti perceptionem accedentes, prævia dispositio, per actus supernaturales dei, & caritatis, inducant & moveant ad veram & cordialem detectationem, & dolorem suarum peccatorum, non tam ex timore penarum, quam ex dilectione Dei, quem cum ex tuo corde amare debuimus, maxima cum impunitate peccato contempnere. Si enim populus radis sub veteri lege, qui accepérat tantam spiritum servitius in timore, in tanta gracie penuria, non poterat alvari, nisi per dilectionem Dei super omnia; nos filii novi Testamenti, qui accepimus spiritum adoptionis, in tanta gracie plenitudine, meritissime, tamquam tales, ex amore ejus qui dixit nos, & lavit nos sanguine suo, ipsa peccata super omnia mala, detectari debemus, quo sic, auxiliante ipso, remissionem illorum, & animarum nostrarum suarum salutem aequi valeamus.*

#### CAPUT CXL.

*Atritionis ex solo gehenna metu concepcionem sacrae administrationis communis Doctorum, & Scholæ Principum calculo tradita fuit ante Concilium Tridentinum.*

#### §. I.

*Duae priores probationes assertionis nostra.*

*P*robatur 1<sup>o</sup>. quia id testatur Gabriel in 4<sup>o</sup> dicit. 14. q. 2. a. 2. Ludovicus Lopez Luthor. Et. p. 1. cap. 9. opinionem de illius insufficiencia vocans opinionem Antiquorum. Hugo Matthoud in doctissimum Scholium suis ad Robertum Cardinalem Pullum p. 5. c. 31. ubi sic: *Ex his Roberti verbis, & ex aliis supra relatis liquido conflatis, atritionem ex solo gehenna metu concepcionem, ut veram Sacramenti partem, nec vocetemus, nec significemus veteribus & Pullo coetaneis Authoribus expotuisse, ut merito in conscientia Instrutoris expotisse Lopez, illius opinionis parentes suffici Mellob-*